

ANNUS XXI.

IDIBUS MAIIS 1937.

NUMERUS 9.




LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER
REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 1-422-15).


Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR.
Budapest, XI., Lágymányosi-útca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum scvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.



Palatium regium in monte Arcis (Budapestini), ubi praeses Austriae, G. Miklas ha itabat.

Per.
Lat
020



Ioannes Tóth, fabricator fidularum¹ celeberrimus, qui certamine Romae edito² «omne punctum tulit», — ut Horatius dixit — artificium magistri quondam defuncti, Stradivarii, excogitavisse eo tempore dicebatur. Opifex quidam parum³ peritus³ eum, quomodo violina Stradivariana esset facienda, interrogavit. — «Nihil facilius, — respondit magister surridens. — Videsne hoc lignum: in hōc violina Stradivariana inest. Tantum modo id, quo tibi non sit opus, desecandum est.»

Nobis omnibus Deo decadendum⁴ est. Episcopo⁵ Esterházy, cum quondam per angustias⁶ perlongas curru veheretur, in medio itinere baro de Usz obviam venit. Via tamen duobus curribus ita angusta erat, ut unus alteri nullo modo dēcedere posset. Igitur alteri redeundum erat. At quis eorum revertat, hoc erat decernendum. Servus episcopi acclamavit: «Hic est episcopus Esterházy». Ad hoc baro de Usz respondit: «Ego sum dominus de Usz!» Episcopus, qui hoc responsum ita intellexit: «Ego sum dominus Deus», «Servus illius ego sum», dixit et aurigam⁷ currum redigere iussit, nam servo Dei itineri eius semper et ubique dēcedendum est.

Victor Kósa Budapestensis.

¹ hegedű = Violine = violon ² rendezni = veranstalten = organiser ³ dilettáns = Dilettant = amateur, dilettante ⁴ kitérni vki elöl = jmden ausweichen = se ranger pour laisser passer ⁵ püspök = Bischof = évêque ⁶ szoros = Engpass = défilé, passage ⁷ kocsis = Kutschер = cocher



Franciscus Rákóczi.

Mutatio rerum et nominum. Iucundum est observare, quomodo notitiā¹ veri¹ progredivent¹ ipsa *nominā* adversariorum mutantur. Commemoratu digna est exempli causa fabella in ephemericide «Gringoire» enarrata. Cum Napoleon insulam Ilvam² relinquaret, ephemericis, quae «Moniteur» inscribitur, scripsit: «Cannibalus ille speluncam suam reliquit.» Et nunc tituli consequuntur, qui in illa ephemericide legebantur, cum imperator paulatim Lutetiae³ Parisiorum³ approprinquaret: «Monstrum Corsicanum iam ad litus⁴ appulit.⁴ » «Ille tigris in oppidulum Gap advenit.» «Portentum Lugdunum⁵ transiit.» «Usurpator⁶ 60 miliaria longē ab Urbe apparuit.» «Bonaparte rapidis passibus appropinquat, sed nunquam Lutetiam Parisiorum ingreditur.⁷ » «Napoleon cras in Urbe erit.» «Imperator Bellofontanum (Fontainebleau) advenit.» «Maiestas Imperatoria heri palatium Tuileries dictum civibus subiectis⁸ suis fidelibus comitantibus ingressus est.»

Dion. Kövendi (Kunszentmiklós).

¹ A valóság ismeretének előhaladtával = mit der wachsenden Kenntnis der Wirklichkeit = à mesure qu'on gagné des notions plus justes de la réalité ² Elba ³ Paris ⁴ partra szált = ist gelandet = a abordé ⁵ Lyon ⁶ Bitorló = Usurpator = Usurpateur ⁷ bevonul = einrücken = entrer ⁸ alattvaló = Untertan = sujet

Pestini tandem posita'st Rákóczi-statua...

Scripsit Desiderius Dezséry. (NB. Sine elisione legendum.)
(Zoltanus et Tibor loquuntur.)

1.

Z.: *O salve, salve plūrimum! ...
Beātum laetum nuntium
lēgitine, audīstine,
tu amīcōrum optime?*

*Senātūs¹ pro palātiō
iam principi Rákócziō
revēlant² pulchram statuam
equestrem, dignam, aeream! —*
T.: *O benedīco Domino,
quod tandem et hoc video,³
o valde gaudeo.*

2.


Z.: *Sternēmus⁴ flōrēs nunc tibi,
Cruciatōrum⁵ principi⁵
qui tristi ōlim Hungaro
ius defendisti, «cum Deo».
«Pro libertāte» integrā⁶
pugnasti tu, «prō patriā»
profundens⁷ tua cuncta⁷ tū
et exsulans,⁸ ō perdiū,⁹
tu gentis amantissime,
exemplar¹⁰ nōbis splendide,¹⁰
honōre omni digne!*

3.

T.: *O mīrē nōs propitius¹¹
sescentiēs¹² iūvit Deus!
A Deo missus¹³ Hunyadi,
Rákóczi, Zrīnyi, cēterī . . .*

*Nunc «recrūdēscunt¹⁴ vulnera»:
Hungaria est mutila . . .¹⁵
Qui āvertant ā patriā,
ā nostrā «gente inclytā»¹⁶
hās tempestātes trucēs,¹⁷
pericula et crucēs:¹⁸
da nōbis, Deus, ducēs!*

¹ az országgyűlés palotája előtt = vor dem Parlamentspalaste = devant le Palais du Parlement ² leplezni = enthüllen = inaugurer ³ hogy ezt is (látom =) megértem = dass ich auch das erlebt habe = de le voir de mes yeux ⁴ szórunk majd = wir werden streuen = nous jetterons des fleurs ⁵ kurucok = Kurutzen = Couroutz, soldats de la guerre de liberté ⁶ teljes = voll = entier ⁷ aki minden edet földeloztad = der du dein alles geopfert hast = toi qui as tout sacrifié ⁸ aki számkivetésben éltél = der du in der Verbannung gelebt hast = toi qui vécus en exil ⁹ igen soká = sehr lange = si longtemps! ¹⁰ ragyogó példaképünk = unser glänzendes Ideal = modèle splendide ¹¹ kegyelmesen = gnädig = avec clémence ¹² számtalanszor = unendlich oft = très souvent ¹³ est ¹⁴ fölszakadnak újra = brechen wieder auf = se rouvrent ¹⁵ csonka = verstümmelt = mutilé ¹⁶ dicső = ehrenhaft = glorieux ¹⁷ ádáz, viharos idők = grimmige, stürmische Zeiten = temps agités ¹⁸ gyötrő bajok = Plagen = cruelles souffrances



Pars occidentalis palatii regii, ubi Miklas praeses habitabat.




Francisco Rákóczi principi statua — iam pridem a Budapestinensibus debita — nunc demum iussu Nicolai Horthy gubernatoris in foro Lud. Kossuth posita est. Statuam equestrum ab Ioanne Pásztor ex aere factam etiam duae inscriptiones Latinae ornant, quarum una : «Cum Deo pro patria et libertate», altera haec est : «Recrudescent inclytae¹ gentis Hungariae vulnera».

Guilelmus Miklas, celsissimus² praeses Austriae et uxor eius hisce diebus hospites carissimi maximeque accepti Hungariae a multitudine incolarum Budapestinensium laetissime atque sua sponte feliciter acclamanti salutabantur. Austria atque Hungaria quondam, quasi fratres pueriles, saepe inter se iurgabant,³ pater autem familias saepe in angustias⁴ venit ne scius, utrum imperator Austriacis an rex Hungaris assentiretur.⁵ Patre optimo (Francisco Iosepho I) mortuo fratres orbi mox alter ab altero separati atque a vicinis insidiosis ex-

spoliati sunt. Ita rebus iniquis⁶ coacti celeriter intellexerunt veritatem sempiternam rerum scriptoris, Sallustii : «Concordia parvae res crescunt, discordia maxima dilabuntur». Post bellum gentium Mussolinio duce adhortante Austriaci iterum amicitiam cum Hungaris instituerunt. Et quemadmodum gubernator noster anno praeterito Vindobonae amicaliter acceptus est, sic nunc nos quoque maximā laetitiae affecti salutavimus sapientissimum virum Austriae, qui ex antiquā familiā ortus primum historiam et litteraturam Germanicam docebat discipulos, mox propter qualitates ingenii morumque singulares⁷ a civibus suis dignus aestimatus est, ut summum locum Austriae obsecutus totum populum amorem patriae doceret duceretque ad viam melioris futuri temporis. Quod bonum felix faustum fortunatumque sit !

In Anglia mense Maio novus rex insignibus regiis⁸ ornabitur.⁹ Interim aurigae¹⁰ automobilium et autocarrorum a communistis instigati intermissione¹⁰ operum¹⁰ ordinem turbare co-

¹ hírneves = berühmt = célèbre ² főmértságú = Durchlaucht = Altesse ³ civakodni = zanken = se disputer ⁴ szorult helyzet = Klemme, Verlegenheit = embarras ⁵ igazat adni = recht geben = donner raison ⁶ mostoha viszonyok = missliche Lage = circonstances fâcheuses ⁷ páratlan = ausserordentlich = extraordinaire ⁸ megkoronájni = krönen = couronner, sacrer ⁹ sofför = Chauffeur = chauffeur ¹⁰ sztrájk = Streik = grève



G. Miklas praeses Austriae et N. Horthy gubernator Hungariae cum uxoribus pompam militarem spectant.


nantur. De Valera autem, dux Hibernorum novam legem ferre vult, quā Hibernia¹¹ respublica sui iuris fiat.

In Hispania nationalistae aciem Bascorum tam late perruperunt, ut iam-iam urbem Bilbaonem capere tenderent. Ante portum Santandri navis bellica nationalistarum, nomine Espana forte in cuniculum¹² marinum incurrens displosa et per brevi submersa est. Magna pars nautarum periit.

Universitas Atheniensis *nova* primum centenarium celebravit. Nam Academia Platonis, Lyceum Aristotelis, aliaque loca, ubi iuvenes antiqui tum erudiebantur, a barbaris omnia diruta et pervastata sunt. Graeci recentes institutum scientiarum celebrantes pulchre coniunxerunt mythologiam cum hac recentissima vita: Chorus virginum — ut in imagine nostra cernitur — Pallade Athenā duce in Acropoli in iuventutem hodiernam infra virgines stantem flores iactat.

Indiae Britanni instituta¹³ et leges¹³ dede runt. Quamquam Indi non omnes comitia regni accipere volunt, tamen maxima pars accepit, in quibus etiam propugnator libertatis Indiae, Mahatma Gandhi Anglis reconciliatus vestem¹⁴ forensem¹⁴ (seu Britannicam) acu pictam inauratamque sibi parari iussit. Quomodo vestificus vestem adaptare experiatur, imagine nostrā illustratur (pag. 135).

¹¹ Irország = Irland = Irlande ¹² akna = Mine = mine
¹³ alkotmány = Staatsverfassung = constitution ¹⁴ frakk = Frakk = frac



fideles grati sui animi tributum Christo solvunt pro immenso dono SSⁱ Sacramenti, in quo nobiscum manet sacerdos et hostia, viae nostrae consors et animi nutrimentum. Praeter intimam tamen hanc religionis indolem Congressui Euch^{eo} hisce temporibus id convenit singulare, ut necessario simul expiatoria quae-dam sit sollemnis et boni cuiusque contra infanda sacrilegia protestatio, quibus Sacramentum amoris, imo ipsa fides ac religio ex atheorum hominum castris passim impeditur. Qua enim sunt mente obcaecatā, perversi hi homines intolerandum putant ordinem quemlibet, qui Christi fide et amore sit nitus; quare templa nostra ac Dei tabernacula truculenter² evertunt atque, tum sana rectaque omnia fore credunt, cum humanam societatem remque publicam ipsam caeco eidam egoismo odioque vere satanico superstruxerint. Contra eiusmodi ausus temerarios nos signa inferre fide atque amore Christi iubemur. Ut autem victoriam quam maximam obtineamus, nos Hungariae Catholici, invitamus omnes, quicumque Regis Eucharistici vexilla sequuntur, ut Congressui nostro Euch. quam frequentissimi³ assistant mense Maio anni proxime sequentis. Qui vero venire non possunt, domi certe nobiscum annum Eucharisticum agant, populumque sacris contionibus inducant, ut nobiscum per totum hunc annum Christo Regi satisfacere satagant⁴ pro sacrilegiis in eius templo, tabernacula, sacerdotes, fideles commissis et viritim contra nefanda eiusmodi scelera protestentur. Venite fratres et nobiscum haec sollemnia agite, pia simul ac piacularia, religiosa et militaria; parate Congressum nobiscum, ut vere inter-

¹ terjengősen = weitschweifig = avec prolixité ² vadul, bőszén = wild, grimmig = avec férocité ³ számos = zahlreich = nombreux; ⁴ elégtételel szolgáltatni = Genugtuung leisten = donner satisfaction, faire amende honorable

Invitatio ad Congressum Eucharisticum.

P. Bela Bangha S. I. nuper catholicos omnium gentium allocutione et Hungarica et Germanica et Latina radiophonice Budapestinum invitavit, quae nunc permissu viri ecclesiastici illustrissimi hic quoque publicatur:

Probe nostis auditores clarissimi, quotquot ephemeredes volvere soletis, mense Maio anni proximi 1938 Congressum Eucharisticum Internationalem — Saneto Patre id consilii probante — Budapestini in Hungaria esse obeundum. Quid Congressus Eucharisticus sint, non est cur fuse¹ proloquar; sunt sollemnissimi festique dies, quibus omnium fere gentium

nationalis sit et totum orbem comprehendat, atque etiam ii omnes partem in hoc sacro agmine habeant, qui corpore sollemnibus nostris interesse nequeunt.

Michael Ortega.

Est puer Hispaniensis 17 annorum. Oculis nigerrimis, qui splendent, ut fenestrae purissimae templorum. Vultus audax et ad omnia paratus, animus misericors. Tantum puer 17 annorum est, et iam solus in mundo. Et circum ubique bellum taeterrimum¹ saevit.² Parentes vel occubuerunt³ morti,³ vel in carceribus oppressi⁴ exspectant mortem. Ubi sint fratres et sorores, nescit, nec sciscitari⁵ audet. Temporibus, quae nunc sunt, templa inflammantur, sacerdotes excruciantur et necantur, insontes⁶ a sontibus⁷ poenā afficiuntur. Unicum amicum habet, patrem Dominum Ramirum, sacerdotem adhuc non comprehensum⁸ et bene latentem.

Nunc iam tres dies frequentat⁹ carcerem in urbe media, apportans Sacramentum iis, quibus Dom. Ramirus hoc viaticum¹⁰ sanctissimum mittit. Et mirabiliter non comprehenditur. Quasi manus mirabiles ducerent illum in occulto, ne clarā luce¹¹ viderent illum, qui se omnia videre credunt. Ibat sibilans¹² per vias ad carcerem versus. Carcer iuxta castrum¹³ militare situs est et ante castrum custos. Ille sibilans quoddam carmen Hispaniense iamiam praeteriit custodem. Omnino curis¹⁴ expeditus¹⁴ videtur ire petaso¹⁵ in cervice¹⁶ remisso, in se autem curas ingentes habet, ut corpus Domini apportet iis, qui exspectant eum. Custos autem arripuit eum, et: «Quo tendis nebulo?»¹⁷ — interrogat.

— In carcerem. Cognatos visurus.
— Habes potestatem carcerem intrandi?
— Non opus erat adhuc potestate huius generis. Quicunque libere intrare potuit.
— Exinde non habes. Veni tecum in custodiā!

Ecce advenit hora et mihi, cogitat in se. Non tamen sibi timet, timet, ne corpus Christi, quod sub interula¹⁸ portat, si eum perscrutentur, in manus latronum veniens porcis iaciatur et ludibris habeatur. «O Deipara,¹⁹ serva me, defende me, ut rem ac possessionem tuam!»

Spirat ad S. Mariam. Sed iam in custodia stat, ante decanum.²⁰ «Quis es?» — interrogat eum decanus.

— Michael Ortega.
— Quid tibi faciendum est in carcere?
— Cognatos visitare soleo, domine.
— Quid portas iis? — Et pugno²¹ magno fragore percussit mensam. Nos tam imbecillis²² animi²² esse putas, ut credamus te tantum cognatos visendi gratia carcerem frequentare?! Quid portas in carcerem?! Litteras?! Per-scrutandus est! — imperat militi custodi.

Michael, ex quo²³ ante decanum stat, sentit auram²⁴ se stringentem ianuamque post ter-gum apertam esse. Iuxta, dextrorum stat miles perscrutari iussus. Nonnullis momentis ante puer vidit non admodum procul a custodia automobile consistere,²⁵ quod ab automobilista²⁶ incustoditum in via relictum est.

Si ego ad automobile pervenire possim, libero a contumelii²⁷ Illum, quem fore ut me liberet, spero, — cogitat in se. Et quando decanus incussit pugnum mensae, puer quasi territus esset, emisit²⁸ e manibus petasum, quem post tergum habebat. Quem cum solo levaturus²⁹ naturali motu corporis se ad ianuam retrorqueret, per ianuam apertam se omnibus viribus eiecit. Sclopeltuli³⁰ tonitruantur³⁰ post eum haud ullo vulnere³¹ allato.³¹ Milites magno clamore ruunt³² post eum. Ille iam tenet automobile. Insilit et ut machina moveri incipiat, concitatus³³ laborat. Illa autem non movetur.

¹ undok = gräulich = hideu ² dühöng = toben = sévir ³ meghalni = sterben = mourir ⁴ sinylödve = be-drängt = languissant ⁵ tudakozódni = sich erkundigen = se renseigner, prendre des informations ⁶ ártatlan = unschuldig = innocent ⁷ bűnös = schuldig = coupable ⁸ elfogni = verhaften = arrêter ⁹ látogatni = besuchen = visiter ¹⁰ útravaloul adni = mit auf den Weg geben = viaticat ¹¹ fényes nappal = bei helllichtem Tage = en plein jour ¹² fütyörészni = pfeifen = siffloter ¹³ kaszárnya = Kaserne = caserne ¹⁴ gondnélküli = sorgenlos = sans souci ¹⁵ kalap = Hut = chapeau ¹⁶ nyak = Nacken = dans le dos ¹⁷ kölyök = Bengel = gamin ¹⁸ ing = Hemd = chemise ¹⁹ Istenanya = Gottesmutter = Mère de Dieu ²⁰ káplár = Korporál = caporal ²¹ ököl = Faust = poing ²² hülye = Trottel = imbécile ²³ amióta = seitdem = depuis que ²⁴ léghuzam = Luftzug = courant d'air ²⁵ megállni = stehen bleiben = s'arrêter ²⁶ sofför = Chauffeur = chauffeur ²⁷ gyalázat = Schmach = ignominie, avanies ²⁸ kiejeteni = fallen lassen = laisser tomber ²⁹ felemelni = aufheben = ramasser ³⁰ pisztolyok dörögnek = Pistolen knallen = des pistolets crépitent ³¹ meg-sebesíteni = verwunden = blesser ³² rohanni = rennen = se précipiter ³³ izgatottan = heftig = énervé, enfiévré

Iterum conatur cogere machinam, ut moveatur, cum candela³⁴ seu incensor³⁴ fungi incipit, motor incenditur et currus proripitur eo ipso momento, quo iam correptus erat a persecutoribus.³⁵ Proreptus autem abiecit illos et per pulverem volutos³⁶ reliquit. Pedale totum impressum tantum bensinae dat machinae, ut currus vento citius proripiatur.

Iuxta nemus³⁷ quoddam plures currus stant in ordine. Michael in hanc stationem dirigit currum suum, tum quietus escendit ex illo et in nemus properat. Ibi inter frutices³⁸ absconditus,³⁹ relicto vestimento⁴⁰ et petaso, in interula pannosa⁴¹ et capillis hirsutis⁴² prodit⁴³ et per ambages⁴⁴ viarum⁴⁴ ad patrem Dom Ramirum pervenit. Vivantne, an non, quis scit. Ibi nunc mors minimo constat.

Ios. Guelmino Budapestinensis.

³⁴ gyertya = Zündkerze = bougie ³⁵ üldöző = Verfolger = ses persécuteurs ³⁶ hemperegni = sich wälzen = rouler ³⁷ liget = Hain, Wäldchen = bosquet ³⁸ cserje = Geesträuch = broussaille ³⁹ elrejtözni = sich verstecken = se cacher ⁴⁰ kabát = Jacke = veston ⁴¹ rongyos = zerissen = en lambeaux ⁴² kócos = struppig = en désordre, ébouriffé ⁴³ előjön = hervorkommen = sortir ⁴⁴ áltút = Schleichweg = chemins détournés

Dialogus de lingua «esperanto» I.

Scripsit: Fridericus Pédenon, consiliarius legationis Franco-gallicae Budapestini. Libere Latine vertit: Carolus As.

Quodam die mane in ambulacro¹ me in ambulantem N. comiter appellans: «Cum te, inquit, omni cura negotioque solutum videam, velim te ratione² linguae esperanto imbuere³. Iam inde ab initio optimum esse duxi notum tibi facere, quomodo vocabula fingantur. Certe tu nescire videris in lingua esperanto contigisse,⁴ ut vocabulorum pars dimidiata⁵ efficiatur,⁵ id quidem magicā particulā, mirifico suffixo *mal*. Sic dicitur in lingua esperanto *magnus* = *granda*, *parvus* = *malgrande*, *mollis* = *mola*, *durus* = *malmola*. Tenesne?⁶

— Teneo, inquam. Exitus vocabulorum bellissimi sonant quiddam Italici, sed non possum non mirari exitus I. declinationis licentius insolentiusque adiectivis III. declinationis esse agglutinata.⁷

— Fac memineris⁸ ex voluntate conditoris linguae esperanto adiectiva sine⁹ respectu⁹ generis omnia in *a* desinere, substantiva in *o* exire. Apud nos omnes lexicalis¹⁰ reipublicae¹⁰ cives vestes uniformes gestant. Sed pergam porro ire. Iam audisti suffixo *mal* vocabula contrariae significationis fangi, ut: *ante mensam* = *antau la tablo*, *pone mensam* = *malantau*

la tablo. Nonne admiratione digna ratio? Proinde experire sententiae huius: *occlude* = *fermu!* contrarium dicere!

— Vin¹¹ mihi persuadere — inquam, — si ancillam fenestram aperire iubeo, hoc his verbis insolentibus dici oportere: «*Maria, malfermu la fenestron.*»

— Cur istud tibi mirum videtur? Haec est mera ac germana lingua esperanto. Probe scio ab obtrectatoribus *insanabilibus*¹² usum ne-gantis suffixi *mal* atque alia linguae esperanto elementa pro ineptiis haberi. At etiamsi haec reprehensio aliquid¹³ probabilitatis¹³ habeat, quid tamen momenti¹⁴ singularum partium vitia in totius linguae excellentiā praestantiāque habeant! Velim tandem persuadeas tibi



Gandhi (pag. 133.)

id potissimum esse propositum linguae esperanto, ut vocabulorum et formarum grammaticarum copia quam maxime immittatur.

(— Atqui cogitabam in animo — si sententias ita simplices, summatim descriptas,¹⁵ regulis normatas,¹⁶ ne dicam, mechanicas reddere voluerimus, necessario consequetur, ut expressio tenuitatum¹⁷ et subtilitatum¹⁷ in nihilum intereat.)

— Agedum continuantes inspiciamus suffixum *lino* genus femininum significans, verbi gratia: *filius* = *knabo*, *filia* = *knabino*, *caeles*

¹ korzó = Korsó = Corso ² lényeg = Wesen = conception ³ beavatni = einführen = convertir ⁴ sikerült = gelungen ist = a réussi ⁵ felére redukálni = auf die Hälfte reduzieren = réduire de moitié ⁶ megértette? = Verstanden? = Avez-vous saisi? ⁷ hozzáragasztani = anhängen = agglutiner ⁸ jegyezze meg = merken Sie sich = apprenez ⁹ tekintet nélkül = ohne Rücksicht = sans distinction ¹⁰ Szótár nevű állam = der Staat Wörterbuch = cet État qu'on nomme le vocabulaire ¹¹ vin = visne ¹² javithatatlan = unverbesserlich = incorrigible ¹³ még ha volna is alapja = wenn das auch begründet wäre = quand bien même serait fondé ¹⁴ jelentőség = Bedeutung = importance ¹⁵ képletekbe foglalni = schematisieren = schématiser ¹⁶ szabványosítani = normalisieren = standardiser ¹⁷ árnyalat = Nuance = nuance

= *fraulo*, *virgo innupta* (*vel domicella*) = *fraulino*.

Heus ! — exclamavi, cum Germanicum «Fräulein» ex esperantica etiam copulatione¹⁸ cognoscerem, — nolim in dubium vocare, quin vocabulorum *knabino-fraulo* sit lepidissime, verum enim non possum satis mirari eorum pravitatem,¹⁹ qui vocabuli *knabo* masculinam significationem addito suffixo femininam, at contra femininum *Fräulein* eius suffixo *lein* omisso masculinum reddant. Miror viros fortioris sexūs et caelibes feminini vocabuli *fraulo* notam sibi imponi pati.

— Per deum te oro, — inquit doctor meus
me reprehendens — mitte istas futilles²⁰ et
ineptas²⁰ facetias!²⁰ Quin consideremus suffixi
— aro notionem collectivam exprimentis func-
tionem. Coniectes²¹ velim, quid significet
«homaro».

— Equidem nullus dubito : quin idem significet ac idem sonans Francogallicum. (Revera statim mihi in mentem venit propter similitudinem verbi Gallici: *homard*,²² quod gulonibus²³ acceptissimum ac gratissimum est.)

— Quid dicere vis? — inquit ille graviter, — Hoc vocabulum est nostrae linguae nobilissimum, siquidem *homo* est *unus homo*, *homaro* = *omnes homines*, *totum humanum genus* significat. Item significat *vorto* = *unum verbum*, *vortaro* = *omnia verba*, id est *dictionarium*. Vocabula *homo* ac *vorto* tu quidem in numero familiarium tuorum Germanicorum habere videris. Hoc autem inde est, quod domum linguae esperanto eius creator ex materia linguarum Latinae, Italicae et Germanicae, interdum etiam Francogallicae, Anglicae et Slavicae exstruxit. Sine dubio multa habet Germanica vocabula ut: *humerus* = *šultro*, *pectus* = *brusto*, *canis* = *hundo*. Germani utique gloriari possunt tam multa ad linguam esperanto contulisse.

— Huic gloriae, inquam, quod substantiva sua Italica sibi induerint personam, aliquid amari immixtum esse videtur. Sic vocabulum *hundo* me Germanicae feminae mihi familiaris admonet, quae cum Germanicum *Hund o* suffixo adiectum audivisset, huius quadrupedis adumbratam²⁴ figuram²⁴ licentius in longius productam sibi videre visa est. «Nunquam», inquit illa mihi, «linguam esperanto discam».

— Nugae! inquit ille mihi. Germanicæ originis est *tago* et quia accusativi nota *n* est, *bonum diem* Esperantice *bonan tagon* dicimus. Verum si de hebdomade agitur, Germanicum *tago* cum Francogallico *semaine* coalescens *semajntago* fit. Estne haec vocabulorum copulatio lepidissima? Nostræ linguae virtutem, quas habet, maxima est, quod eā diversissima elementa in unum conflari²⁵ queunt. Quid quod ex Germanico et Latino compositum est perendie = *postmorgan*?²⁶

Mihi quidem haec Esperanticae linguae commenta²⁷ venustissima esse videbantur. Quibus magister meus impulsus exempla vocabulorum Latinorum, Germanicorum et Francogallorum in lingua Esperantica detortorum²⁸ accumulavit. Sic cognovi Latinum *differentia in differendo*, Germanicum *Finger* in *fingro*, Francogallicum *monnaie* in *mono* esse mutata.

Finis sequetur.

¹⁸ párosítás = Paarung = copulation ¹⁹ visszaélés = Missbrauch = abus ²⁰ kicsinyes, olcsó szellemeskedés = armselige, kleinliche Witzelei = mesquine, fade raillerie ²¹ kitalálni = erraten = deviner ²² tengeri rák = Hummer = homard ²³ inyenc = Feinschmecker = gourmet ²⁴ árnykép, sziluett = Schattenriß = silhouette ²⁵ egybeolvastani = amalgamieren = amalgamer ²⁶ holnapután = übermorgen = après-demain ²⁷ alkotás = Schöpfung = création ²⁸ eltorzított = verunstaltet = déformé

Latinum vivum

1. Septimo decimo die m. Aprilis triginta
fere magistri magistraeque Polonici ex Italia
domum revertentes gymnasium Academicum
Vindobonense visitaverunt, quorum plerisque
noster collaborator illustrissimus, prof. *Otto Schmied*, duabus doctrinae horis «Latinum
vivum» proponere potuit. Discipulis arithme-
tica Latine exercenda erant: addendum, sub-
trahendum, multiplicandum, dividendum, qua
in re aenigmata et ioci non deerant; denique
Latine cantatum est. Quae docendi ratio
peregrinis hospitibus magnopere placuit, pae-
sertim cum non solum magister nonnisi Latinā
linguā usus a discipulis secundae classis optime
intellegeretur, sed etiam discipuli Latine re-
sponderent.

2. Medicos semper fautores latinitatis fuisse atque etiam nostris temporibus esse constat. Accepimus litteras circulares *Centri Internationalis Collegiorum Medicorum* latine scriptas (Casella Postale 3348 — Milano — Italia), quarum proposita breviter haec sunt: *a)* ad omnia interrogata quam celerrime respondemus. *b)* Operam damus, ut editores suos editos libros proferre possint medicis commentariis . . . utentes. *c)* Ad medicinae operum scriptores iuvandos, ut eorum scripta . . . edantur et longe lateque diffundantur curamus. *d)* Certiores facimus medicos et medicamentorum officinis praefectos de omnibus rebus . . . iis exemplaria petita mittimus . . . *e)* Libenter adsumus . . . congressibus comparandis et propositis decretrisque divulgandis.

3. Alius medicus doctissimus, *Desiderius Balázs* dr. Cassoviensis (Košice, CSR, Kováčka ul. 41.) inventum suum, quod inscribitur «Nomogramma. ad inveniendum gradum (%)

metabolismi basalis secundum formulam Read» in fasciculo 14 linguis describit, quarum prima latina est. Ibidem etiam haec latine leguntur: «Dr. med. Baxa (Praha) scribit: Sermo Latinus iterum lingua scientiarum internationalis erit. Haec vaticinatio iam eventum habet: ex translationibus harum 14 linguarum latina sola est, quae hisce temporibus ubique terrarum intelligitur. Amatoribus igitur latinitatis nil magis commendari potest, quam ephemerides

Librorum recensio.

1. Homeros Csengery János átültetésében, I. Odysseia. II. Ilias. Id. és ifj. Preller képeivel. A Kir. Magy. Egyetemi nyomda kiadása. Budapest, 1937. Ára: 20 pengő.

Omnis gentes ac nationes humanitate excultae id maxime student, neque hoc mirum, ut duo illa opera aeterni aevi ac pretii Homerica: Iliada et Odysseiam in suis quaeque litteris dignum in locum recipient. Franciscus Nagy de Vályi et post



Cyclops oculis privatus frustra saxa in Ulixem sociosque fugientes iactat.

periodicae: *Societas Latina, Alma Roma et Iuventus*. Haec ultima adnotationibus germanicis et gallicis et hungaricis significationem verborum riorum indicantibus instructa discipulis utilissima est».

4. Multi sunt, qui linguam latinam hominibus inferioris generis (operariis, rusticis, etc.) difficilorem esse putantes linguas artificiosas utpote faciliores propagare conantur. Contra hos *Fridericus Pédenon*, consiliarius legationis Francogallicae Budapestinensis, vir facetus multarumque linguarum peritus, in praelectione coram auditoribus illustrissimis habitā, quae hoc in fasciculo publicatur (pag. 135.), ad usum internationalem linguam latinam aptissimam esse demonstrat.

eum permulti iique litterarum Graecarum studio-sissimi navabant operam, ut patri illi ac magistro poëtarum in litteris nostris civitatem, ut dicunt, impertirent, at nobis neminem adhuc fuisse, qui Iliada et Odysseiam salvo sensu ac pulchritudine illarum reddiderit Hungarice, fatendum esse videatur. Quam ut tolleret penuriam, Nestor ille philologorum, vir de philologia nostra classica optime meritus poematumque Graecorum ac Latinorum interpres maxime eximius: *Ioannes Csengery* suscepit laborem.

Plus, quam per L (quinquaginta) annos ut opera aeterni aevi ac pretii Graecorum antiquorum in sermonem converteret Hungaricum, studebat. Scientia eius propria, ars formam poëticam redendi, temporumque illorum cognitio accurassima, ut opera Homerica in sermonem patrium converteret, unice ei iniunxerant officium, cui, ut

ex superioribus eius facile conicias operibus, optime satisfecit.


Ioannes Csengery omittens hexametrum, quem nobis alienum esse omnes consentiunt versumque illum poësis epicae Hungaricae ab Ioanne Arany explicatum adhibens duas illas, ut dicunt, gemmas poësis Graecae salvo earum sensu ita in sermonem convertit Hungaricum, ut omnium nostrum animi summā perfundantur voluptate.

Duo volumina involucro linteo imaginibus maioris minorisque Prelleriorum ornata pulcherrimis (vide imaginem) XX (viginti) pengonibus venumdantur. Typis Regiae Universitatis Hungaricae.

Vincentius Gombár Balassagyarmat.



Ex varietate gymnicorum innumerabilium duas imagines elegimus. Prima certamen pugillatorum in arena Londinensi «Harringay» editum ante oculos ponit, in quo Maximilianus Baér in duodecimo missu¹ a campione² Britan-



nico gravis ponderis, Thoma Farr punctis victus est.

In altera imagine novissimum genus per cactos currendi cernitur, quod ab athletis Californiensibus inventum esse nuntiatur. Quia enim spinosā plantā pedes cursoris, si lente currit, vulnerantur, sin celeriter pervolat, non nisi titillantur,³ certatores huius generis summā vi id agere, ut quam velocissime ad metam perveniant, quis miretur?

¹ menet = Runde = round ² bajnok = Meister = champion ³ csiklandozni = kitzeln = chatouiller

Quis scripserit Shakespearii fabulas? (2.)

Scripsit *Rol. Hegedüs*, in Latinum convertit *Ioannes Jeney dr. Debrecinensis*.

Deinde quaeritur: quia nec Bacon, nec alter comes, aut politicus scribere potuit Shakespearii fabulas, qualis sit status²⁰ animi²⁰ ipsius auctoris? Hyppolitus Taine recte dicit, cum in opere «Philosophia Artis» affirmat omnes poëtas esse tam magnos, quam magnas esse metaphoras eorum. Ea ratione Shakespearius rara indole praeditus est, etenim arcu²¹ caelesti²¹ metaphorarum splendissimo omnes homines permulsit. Mirabile est. Si illas translationes singillatim recensemus, formam induit cognitio: imaginationem²² Shakespearii saepissime bello Troiano comprehensum esse.

Sit opus eius comoedia, vel tragedia, et sive in terra Britannicā, sive Graecā, sive Gallicā fabula agatur, extemplo de Troia audimus, paene dicam, sine ulla ratione. De opere «Troilus et Cressida» non cogito, etenim hoc argumentum²³ emendate²⁴ Troianum est, cum protagonis et actoribus²⁵ secundas partes agentibus.²⁵ Sed forte prius mentionem feci operis, quod inscribitur «Somnus nocte S. Ioannis Bapt.» Non est mirum ab amatoribus²⁶ rerum²⁶ artificiosarum²⁶ insanis²⁷ opificibus²⁸ Priandum commemorari? Magis etiam insolitum est in fabula «Henricus IV Rex». cives seditiosos Troianos appellari. Et in opere «Mulieres hilares Vindsorienses» Pistol sine ullo apparatu fortuito de Troia pronuntiat. Itaque auctorem actorem,²⁹ vel aliquem arti³⁰ scenicae³⁰ propinquum fuisse evidens est.

Gravissimum argumentum est tragœdia illustrissima ac nobilissima litteraturae universalis: «Hamlet». Ob id ipsum Shakespearius clarissimus poeta scenicus est, quia omnino pone species³¹ se abdit. At in «Hamlet» talis contentio³² enormis invenitur, ut poeta sese

²⁰ lelki világ = Psyche = âme ²¹ szivárvány = Regenbogen = arc-en-ciel ²² képzelet = Phantasie = imagination ²³ téma = Thema = sujet ²⁴ tiszтán = lediglich = purement ²⁵ mellékszereplő = Nebenspieler = figure d'arrière-plan ²⁶ műkedvelő = Dilettant = dilettante ²⁷ félibolond = halbsinnig = toqué ²⁸ iparos = Handwerker = artisan ²⁹ színész = Schauspieler = acteur ³⁰ színművészet = Schauspielkunst = art dramatique ³¹ alak = Gestalt = figure ³² feszültség = Spannung = tension


indicet. Hamlet in summo fabulae gradu ante mortem voluntariam animo³³ angitur,³³ num mortem³⁴ sibi consciscat,³⁴ quia quis possit tolerare «insolentiam magistratum et infamiam, quae officio taciturno nil praemii impertitur?»

Regis magistratus adversus principem Daniæ haud dubie impudenter se non gerebant, quorum princeps capita³⁵ praecidere³⁵ iussiset.³⁵ Ab iuvene regio alienus excruciatus animus loquitur, ille, qui histriones³⁶ venire iubet et scholas illis habet de oratione theatrali et de genere dicendi scenico, quod princeps nullius generis saeculo XI., aut ex eo tempore unquam habere potuit.

Et admirabile est: etiam actor in scenam prodiens de bello Troiano verba facit. Ergo poëtam in maxima contentione scenica aperire vere se actorem esse evidens est. Attamen argumentum praecipuum est prima species actus primi fabulae «Henricus IV» in qua princeps Umbriae Septentrionalis³⁶ in scenam prodit et sciscitur, utrum filius Percy, ingenii fervidi³⁷ interfactus sit, an non. Tum rex coram Mortone introeunti item de bello Troiano loquitur et dicit «tandem aliquando decidat cortina.» Haec vox autem velum, praecipue velum theatrale significat. Itaque a poeta bellum Troianum instar³⁸ dramatis³⁸ intelligi certum est. Rem sic cogitatione sibi fingebat; ideoque tam saepe repetitur, quia cordi ei est³⁹ et quia nil aliud nisi actor erat. Shakespearii fabulas nonnisi actor scribere potuit. Iste autem homo magni ingenii Guillelmus Shakespeareus nominatur.

(Finis.)

³³ töprengeni = grübeln = se tourmenter ³⁴ öngyilkosság = Selbstmord = se donner la mort ³⁵ lefejeztet = Köpfen lassen = faire décapiter
³⁶ Northumberland ³⁷ hevesvérű = Heißsporn = impétueux, emporté ³⁸ drámaként = als Theaterstück = comme une pièce de théâtre ³⁹ szívügy = Herzenssache = affaire de coeur





Expecto ver...

*Hiemis de vento sat est frigido:
 Gelidam fecit iam terram, naturam,
 vocem, florem, humanam animam,
 quae plena erat aestate gaudio.*

*Ubique torpor¹ nunc sedet maestus!
 Alis vita volat vix plumbeis:
 In ea modulatio dulcis
 Nulla, solum est tristis interitus.*

*Pectus meum sentit iam glaciem.
 Me premit aér, tamquam onus grave.
 Magna vis expellit me hieme
 Asperā post beatam pulchram spem.*

*Huc aura venit mīra leniter,
 sed veniet: tum omnis expandet
 florem et iam genae² nunc ardent
 meae, hieme nam exspecto ver...
 Augustus Mihályi disc. Széchenyiani.*

¹ mozdulatlanság = Regungslosigkeit = torpeur ² orák = Wangen = joues

Quomodo homines antiqui incolas lunae ante¹ oculos¹ proposuerint?¹ Graeci antiqui universi-

¹ elképzelní = sich vorstellen = s'imaginer

Crudelis Pater. Herodes Rex impius occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem etc. nec proprio filio parcens. Hoc auditio Augustus imperator: *Praestat, inquit, Herodis esse porcum, quam filium.* Porcis enim Judaei parcunt.

tatem totam mundi fornicem² crystallinam columnis firmis incumbentem cogitaverunt, in qua septem intervallis disparibus astra alterum post alterum moventur. Doctus ille, qui lunam Athenis maiorem esse dicere ausus est, paene capitis condemnatus, aliquanto post in exsilium missus est. Secundum cogitationem Graecam luna cotidie semel ultra insulam orbis terrarum extremam — quae Thule dicitur — in aqua Oceani demergitur.

Plutarchus iam opiniones novas habet. Loci splendidi lunae montes sunt. De lateribus montium aurum argentumque defluunt. Amoenitate et fulgore regiones lunae praestant regionibus orbis terrarum. In luna — ut Plutarchus putat — nunquam pluit. Ibi etiam bestiae habitant. Leo in Peloponneso inventus, qui plane de luna lapsus est, hoc declarare videtur. Etiam homines vivunt ibi, qui os non habent, et fumo radicis cuiusdam vescuntur.³ Scriptor clarus alter antiquorum temporum describit in libro qui inscribitur «Σωζόμενα»⁴ excursiōnem suam lunarem. Ecce Lucianus Samosatenus⁵ 2000 annis antecessit imaginationem Iulii Verne.

Irma Jámbor abituriens Iaurinensis.

Aliquando Maria Teresia aditum⁶ dedit iuveni artifici, qui ante reginae oculos picturam de eā delineatam posuit ac, ut nomen in picturā subscriberet, Augustam⁷ petivit. Maria Teresia imaginem mirum in modum haud⁸ perfectam⁸ et absolutam⁸ conspexit et leniter arridens locum evangelii Mathaei allatum subscriptis: «Nolite timere, ego sum.» Maria Teresia.

Franciscus Fazekas disc. Ujpestiensis.

Tita Ruffo in drame⁹ melico⁹ «Trovator» magnam laudem tulit. Diū ei plaudebatur et canticum quinques ei repetendum erat. Praecipue a quodam opifice¹⁰ pileorum¹⁰ valdē animabatur. Postero die Tita Ruffo ad illum fabricatorem pileorum iit. Sex pileos accēpit, sed modo unum persolvit.¹¹ Possessor indignabatur dē contumeliā, sed artifex sic fatus est: «Neque a tē tessera¹² saepius empta est, cum carmen quinques repeti iuberes!»

Anna Büchler, disc. Theresiani (Bpest).

Excursio. Annō praeteritō schola nostra, domini professorēs et omnēs discipuli in cam-

pum excurrimus. Pervēnimus in vicūm vicīnum et per eum in prātūm iimus. Ver erat. Prātūm florēs vāriū odōrem subtilem habentēs texērunt. Inter plantās parva animalia et viridēs lacer-tae¹³ ēvāsērunt. In purō aēre mātutīnō avēs volābant et canēbant. At inde brevi iimus et in montēm pervēnimus. Hic consēdimus et prandiō esō prospectu mirābili fruēbāmur. Post prandium aspeximus lusum militārem, in quō maiōrēs discipuli quoque militibus auxiliō fuērunt. Finem ludi bellici praefectō mīlitūm explicante magnā attentiōne spectāvimus. Lū-sus diū agēbatur et finitō lūsū bellicō ad quandam villam iimus. Apud hanc villam qui-ēvimus et sītim sēdandi¹⁴ causā aquam potābāmus. Sol iam incēpīt occidere, nos quoque surreximus et post laetum diem domum nos mōvimus.

Lad. Gabriel disc. Tatanus.

² bolthajtás, boltozat = Gewölbe = voûte ³ táplálkozni = sich nähren, geniessen = se nourrir ⁴ conservata, liberata ⁵ Samosata urbs in Syria ad Euphratem flumen sita ⁶ kihallgtás = Audienz = audience ⁷ felséges asszony = Ihre Majestät = la Majesté ⁸ tökéletlen = unvollkommen = imparfait ⁹ opera = Oper = opéra ¹⁰ kalapos = Hutmacher = chapelier ¹¹ megfizetni = bezahlen = payer ¹² belépjegy = Eintrittskarte = billet d'entrée ¹³ gyik = Eidechse = lézard ¹⁴ csillapítani = stillen = apaiser



GEOGRAPHICA.

Augia insula¹ in lacu Pota-mico² sita.


Haec pictura conservatur in ecclesia nostra principali monasterium³ dictā. Videmus in parte superiore montem Helveticum cum castello Sandegg, e quo profectus St. Pirminius cum portitore⁴ parvā naviculā vectus insulam trans Rheni flumen appetivit. Hoc factum est anno 724. Feliciter in insulam ingressus epistulā tutelari⁵ Caroli Martelli muni-

¹ Insel-Reichenau Bodensee ³ Münster ⁴ révész = Fährmann = passeur menlevél = Schutzbrief = sauf-conduit

tus Pirminius episcopus primam capellam et cellam sibi construxit, fugato agmine serpentium, bufonum,⁶ viperarum, sacrā suā bene dictione. Quae reptilia quomodo evaserint natando ad ripam septentrionalem maximā cum velocitate, in effigie cernitur. E parvo viculo Sti Pirmini — convocaverat enim socios XL — conventus magnus paulatim accrebit, qui secundum regulam Sti Benedicti congregatus illo vasto aedificio monastico⁷ coercedatur, quod videmus depictum ex anno 1624. Paulo post in bello triginta annorum Sueci⁸ monachos depeculabantur.⁹ Sed res pretiosas et artificiosas praecaute absconditas tangere non potuerunt. Etiamnunc in sacristia ostenduntur. Nunc monachi desunt in insula depulsi anno 1757 ab episcopo Constantiensi, quem iusto iure abbatiam dominare denegaverant.

Carolus Flesch Reichenavensis

⁶ varangyos béka = Kröte = crapaud ⁷ szerzetes, zárdai = Mönchs- = monacal ⁸ svédek = die Schweden = Suédois ⁹ kifosztani = ausplündern = piller



Locosa.

1. Professor quidam negotiis¹ valde distentus¹ parapluviam² in tabernā³ delicatarum³ mer- cium³ dereliquit. Quam amissam esse domum ambulans cum animadvertisset, singulas tabernas, quas paulo ante ad necessaria coēmenda inierat, parapluviam petens perlustrabat.⁴ Nec- cessario⁵ eam nusquam repperit. Tandem ali- quando in tabernā supra memoratā paraplu- viam diu quaesitam recuperavit. — «Domine, — dixit mercatori animo commotus, — non alium mercatorum nisi Te esse honestum habeo mihi persuasum. En! Nullus eorum para- pluviam mihi reddidit!» *V. Kósa Budapestinensis*

¹ szórakozott = zerstreut = distract ² esőernyő = Regenschirm = parapluie ³ divatárukereskédés = Mode- warenhandlung = magasin de modes ⁴ végigjárni = durchwandern = parcourir ⁵ természetesen = natürlich = naturellement

2. Ioannes domum novam aedificavit. Superbissimus laetitiā vocat amicos suos, ut inspi- ciant domum. Iam multa ostendebat, cum in oecum⁶ venerunt. «Hic est oecus⁷ musicorum»⁷ dicit. — «Hic? ! — interrogat conviva? — Hic tam angustus est, ut ne⁸ clavichordium⁹ qui- dem⁸ inferri potest!» — «Erras, — dixit Ioannes — hic possumus optime audire receptorem¹⁰ radiophonicum¹⁰ vicini.»

3. A. Cur turbatis puerulum hoc peni- culo?¹¹ — B. Quia cras veniet avus, et puerum volumus assuefacere, ut sine fletu sustineat, si osculabitur¹² eum avus barbatus.

4. — Cur est lucerna¹³ super hoc horologio¹⁴ solario?¹⁴

— Quia tunc quoque volo videre, si nocte domum redeo. *G. Lombos disc. gymn. Acad. Bp.*

5. Uxores modernae. *Stephanus* obvenit Ale- xandro, qui interrogat: «Quo properas?» — *Stephanus*: «Domum, cibum¹⁵ meridianum¹⁵ cocturus». — *Alexander*: «Cur? Est-ne uxor tua aegrota?» — *Stephanus*: «Non. Illa esu- riens¹⁷ est». *V. Kardeván disc. gymn. Acad. Bp.*

6. Ad colloquium¹⁸ admissus candidatus roga- vit regem Fridericum I., ut ei daret officium.¹⁹ —

⁶ szalon = Salon = salon ⁷ zeneterek = Musikaal = salle de concert ⁸ még . . . sem = nicht einmal = pas même ⁹ zongora = Klavier = piano ¹⁰ rádiókészülék = Radioapparat = appareil de T. S. F. ¹¹ kefe = Bürste = brosse ¹² megcsókolni = küssen = embrasser ¹³ lámpa = Lampe = lampe ¹⁴ napóra = Sonnenuhr = cadran solaire ¹⁵ ebéd = Mittagessen = déjeuner ¹⁶ megfőzni = zu kochen = préparer ¹⁷ éhes = hungrig = elle a faim = kihallgatás = Audiencie = audience ¹⁹ hivatali állás = Amtsstelle = place

«Ex quo loco es?» — interrogat rex Fridericus. — «Berolino, Maiestas» — respondet candidatus. — «Tanto peius, — dixit rex — non amo homines Berolinenses, nam omnes sine exceptione inutiles sunt.» — «Hoc verum est, — dixit candidatus — sed tamen exsistunt exceptiones. Scio quoque duos tales homines Berolinenses, qui sunt excipiendi.» — «Qui sunt hi homines?» — «Maiestas Vestra ipsa et ego.» — Fridericus ridens precibus²⁰ candidati indulxit.²⁰

Cs. Döny disc. gymn. Acad. Bp.

7. **Calculus²¹ decimalis.**²¹ Magister multiplicationem numero 10 pueris explicaturus forte numerum 11.8 in tabulam scripsit et punctum spongiā detersit. — «Age, dic, Paule» — appellavit discipulum eminentem — «ubi nunc punctum est?» — «In spongia» — respondit puer interrogatus.

Franciska Solec disc. gymn. Kaposvariensis

²⁰ kérést teljesíteni = die Bitte erfüllen = accorder la
 prière ²¹ tizedesszámítás = Dezimalrechnung = calcul
 décimal

— «Quid hic fit?» — quaerit voce tonanti et in Philammonem invehitur.¹⁶

— Ne eum attingas! — clamat Pelagia. — Frater meus est, de quo iam tibi locuta sum.

— Et quid hic vult?

Pro Pelagia Philammo respondet: «Idcirco
veni, ut eam hinc abducerem».

Amalricus furore captus uno saltu in Philammonem invehitur. Gothus et Graecus paullisper saeve luctabantur;¹⁷ tum Amalricus sic arripit Philammonem, ut mater infantem et gremio¹⁸ tulit ad podii¹⁹ pluteum,²⁰ ut in aquam deiceret. Sed Graecus gradu in corona²¹ firmato extrema virium contentione²² luctabatur. Ter circa se circumacti sunt;²³ tum latericio²⁴ pariete²⁴ collapso Gothus et Graecus inter se complexi in profundum deciderunt.

Pelagia ad labrum²⁵ accurrens horrore perstricta²⁶ despexit. Illi decidentes bis in aere convertuntur; tum Amalricus erat inferior. Caput eius basi²⁷ lapideā prominenti²⁸ turris elisum est.²⁹ Ambo in canalem decidunt. Pelagia horrendum clamans exanimata in ripam canalis decurrit. Eodem fere tempore Philammo ex aquis enitus³⁰ casu et labore semianimis³¹ in ripa corruit. — «Soror mea, — ait anhelans — ignosce mihi!» — «Homicida!»³² — clamat Pelagia et in prima via se abripuit.

Inter haec Vulfius ex Pelagiae quiritatione³³ aliquid mali praesagiens³⁴ cum viginti Gothis celeriter ascendit. Cum eversum pluteum conspexisset, exputavit,³⁵ quid accidisset. Raucā³⁶ voce Smidio susurrat : «Funem et lucernam!»³⁷ Paulo post, quam se demiserat, exclamavit :

Scripsit C. Kingsley. Hungarice reddidit A. Zigány. Excerptis atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér (Strigoni).

Hypatia.

(26.)

pervenit. Circa, qua ibat, omnes viae effundebant ex se sentinam⁹ tumultuantem. Ad portam posticam pro Vulfio Maria Philammonem opperiebatur. Iudea anus mālis¹⁰ alienis¹⁰ ridens dixit: «Sero venis: avis tuā causā caveam non relinquet».

— Secede mihi, vetula ! — increpat Philammo et anum abstrusit. Haec cum cecidisset, tamen actutum innixa¹² titubans ascendit per gradus post Philammonem, qui rectā turrim petebat, sciens ibi se Pelagiam reperturum : nec spe deceptus est. — «Veni, Pelagia — anhelat¹³ adolescens ; — nunc tempus est opportunum.»

— Facere non possum — susurrat¹⁴ Pelagia. — Amalricus me amat ; ego quoque amo eum.

Philammo ad vehementes erupit exprobriationes¹⁵; sed vix vocem sustulerat, cum repente ianuā patefactā Amalricus in limine apparuit.

9 sőpředék = Pöbel = populace 10 gúnyos arccal = mit
 spöttischer Miene = d'un air moqueur 11 kalitka = Käfig
 = cage 12 feltápászkodni = sich mit schwerer Mühe er-
 heben = se relever avec peine 13 lihegni = schnauben
 = halter 14 suttogni = flüstern = susurrer, chuchoter
 15 szemrehányás = Vorwurf = reproche 16 nekimmenni =
 losziehen = se précipiter sur 17 bírkózni = ringen = lutter
 18 öl = Schoss = dans ses bras, dans son giron 19 erkély =
 Balkon = balcon 20 mellvéd = Brüstung = balustrade 21 a
 párkány széle = Rand = bord 22 erőfeszítés = Kraftan-
 strengung = effort 23 megfordulni = sich umdrehen = se
 tourner 24 téglafal = Ziegelwerk = paroi de briques 25 sze
 gely, széle = Rand = bord 26 iszonyodva = entsetzt = hor-
 riſieſe 27 alapzat = Unterbau = soubassement, base 28 ki-
 nyúlni = hervorragen = en saillir 29 szétzúni = zerschmet-
 tern = s'écraser 30 kikapaszkođni = sich heraus arbeiten =
 sortir, se dégager 31 félholt = halbtot = à demi mort 32 gyilkos =
 Mörder = assassin 33 javveszékelés = Angstruf = cla-
 meur plaintive 34 sejetnen = ahnen = pressentir 35 ki-
 találni = erraten = deviner 36 rekedt = heiser, rauh =
 rauque 37 lámpa = Lampe = lamp pe

«Subducite³⁸ me ; satis est, quod vidi». Cum subductus esset : «Pārent se sacerdotes — inquit. — Odinus filium suum ad se vocavit.»

Horrendus singultus e pectoribus Gothorum erupit ; dein universi simul gemitūs ēdere coeperunt : Gothi veluti tenerae puellae deflebant ducem, Odini filium, praeclarum Amalricum. «Viri fortes — ait tandem Smidius, — haec est vindicta³⁹ Odini, qui videns nos esse ignavos atque inertes, ideo nobis Amalricum eripuit. Expiemus,⁴⁰ quod peccavimus : iuremus in verba⁴¹ Vulfii et quoconque nos ducet, sequamur !»

— Tolletur scuto ! — exclamat Godericus. — Salvus sit⁴² Vulfius, rex Aegyptiorum !


— Non Aegyptiorum, — respondet Vulfius — neque rex, sed dux, qui vos ad Athaulfum reducam.

— Redeamus ad Athaulfum ! — conclamant Gothi.

— Sed prius habemus quaedam hic peragenda — ait Vulfius. — Aperite portas et vocate canes Graecos ululantes ad filii Odini silicernium.⁴³

Finis sequetur.

³⁸ felhúzni = in die Höhe ziehen = retirer, ³⁹ bosszú = Rache = vengeance ⁴⁰ jóvátenni = büßen = expier
⁴¹ hűséget esküdni = Treue schwören = jurer fidélité
⁴² éljen ! = Heil ! = vive ! ⁴³ halotti tor = Leichenmahl = repas des funérailles



Aëroportus³ in solario⁴ tecti domūs editio-
ris⁵ Vindobonensis ab ingeniario R. Finder
aedificatus est, ne hospites festinantes tempus
tererent descendendo in statione aëronautica
Aspernensi, unde longum iter est Vindobonam
automobili vehi volentibus. De alto aëroporto
(vide imaginem) prospectus pulcherrimus ad
urbem aedemque cathedralē S. Stephani
patet.

³ repülötér = Flugplatz = aérodrome ⁴ terrász = Ter-
rasse = terrasse ⁵ magas = hoch = haut

Aëronavis ingens de mareschallo summo
Hindenburg nominata, gloria Germaniae, in
aëroportu Lakehurst, cum iam appellandi causā
funes demitterentur, fulmine icta et displosione
incensa flammis absumpta est. Vectorum nu-
merus 96 erat, ex quibus 35 cum Lehmanno,
praefecto aëronavis mortui sunt. Dolore Ger-
manorum nos quoque commovemur.



Clem Sohn, cognomine «homo alacer», cuius
artem alis volandi anno praeterito imaginibus
illustravimus (pag. 157., mense Iunio a. 1937.),
nunc, quia umbella¹ pensilis¹ haud aperiri
potuit, decidit et fractis membris mortuus est.

Ventus Divinus nominatur aëroplanum, quo
duo aëronautae Iaponenses ex urbe Tokione
Londinium volantes, ut novum regem Britan-
norum verbis nationis Iaponensis salutarent,
novum cumulum² assecuti sunt : 95 horis
16,000 chilometrorum pervolaverunt.

¹ ejtőernyő = Fallschirm = parachute ² rekord =
Rekord = record



Censor aenigmatum : Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri VII.

1. pastor, castor. — 2. aro, ora ! — 3. Tu ne
cede malis, sed contra audentior ito ! (Verg. Aen.
VI 95).

4. imprimis, caelites, uxor, Uranus, gaudet :
Iam proximus ardet Ucalegon. (Verg. Aen. II
311 s.)

Aenigmatā reete dissolverunt: Sus. et Anna
Büchler, Editha Bátori, Irene Lenkei (*Theresia-*

num), Eva Löw, Olga Kunczer (*Veresianum*), Ioannes Wolkóber (*Madáchianum*), Iosephus Cserépy (*Verbbézyanum*) Lad. Siska, M. Reisz, Th. Pál, St. Sas, N. Biró *Budapestinenses*. — Andreas Uskert *Tatanus*, Georgius Balog, Lud. Perecz, Lad. Elek, Andreas Réti, Ioannes Guttmann. Ios. Bujdosó, Viola Fazekas, Eug. Friedmann, Lad. Herczeg *Szeghalomenses*, Nic. Pálfi, Ad. Baka, Al. Sós *Szegedinenses*.

Praemium sorte Iosepho Cserépy, Irenae Lenkei et Gergio Balog obvenit.



1. Pensum arithmeticum.

Cochlea in murum decem pedum altitudinis vult ascendere. Die duorum pedum altitudine progradientur, sed nocte quieti data uno pede recidit. Post quot dies ascendit in summum murum?

Paulus Farkas, Budapestinensis.

2. Logographus.

«P» nonnemo curat hominum,
Sed «V» avis est haruspicum.

Guilelmus Fieber dr., Vindobonensis.

3. Palindromus.

Adverbium sum temporis;
Sed cum me retro legeris,
Exstabit — en miraculum! —
Cyclopum domicilium.

Ioannes Hickmann, Vindobonensis.

4. Ad saltum equulei.

Sta	pu	i	tem	di	is	bus	dis	ti	bus	re	te
fre	ta	cae	om	com	et	o	prae	o	re.		
bli	tu	i	gni	me	ni	mo	ra	ni	fer	por	

Iosephus Klein disc. Debrecinensis.

5. Numeris.*

1, 2, 3, 4, 5 — 6, 3 — 7, 4, 8, 9, 10, 2, 8, 6, 5


Si numeros cum litteris
Rectissime mutaveris,
Significabunt tibi haé,
Quid praestatur simus patriae.
Nomina auxiliaria:

- 1, 2, 3, 4 Est carum bonum hominis,
5, 6, 8, 7 Cui 'animus' est similis.
9, 6, 8, 10 Est pars humani corporis.

Ioannes Wolkóber disc. Madachini.

* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico mutatum vel in versus redactum esse. Nam aenigma ut non solum recte, sed etiam aliqua cum arte sit compositum, suprema esto lex!


6. Rebus.*



*Gerhardus Mondl,
disc. gymn. Acad. Vindobonensis.*

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum Cal. Septembres.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causá singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Corrigenda numeri 8. (Apr.) : pag. 116 : pro : «foveam» lege : in foyeam ; pag. 119 : pro : «transiliunt» lege : transsiluerunt ; pag. 121 : pro : «cathedralis» lege : cathedralis ; pro : «quidem sic» lege : quidam sic ; pag. 124 : pro : «nequamquam» lege : neuquaquam ; pag. 128 : pro : «in augustias» lege : in angustias.

El. Nagy dr. Vocabula, quae quaeris, haec sunt : kékizmunkázni : opus muliebre manu facere ; hor-golni : uncinis (v. acubus uncinatis) laborare ; kötni (pl. harisnyát) : (acubus) texere ; keresk. isk. : schola commercialis ; tanítónőképző : schola praeparandialis ; beszéd- és értelemszövök : exercitium sermonis et intellectus ; művészettörténet : historia artium (liberalium) ; állást vállalni : munus obire (pl. : magistri) ; óvónő : tutrix (in brephtrophio) ; ó.-képző : institutum tutricibus erudiendis ; péntz keres vmiel : quaestum facit aliquā re ; önnálló : sui iuris, suae potestatis v. tutelae, potens sui ; (~ fogalmazás : libere concipere) ; az életbe kilépni : vitam negotiosam capessere. Dissertationem Tuam latinam libenter legam, si transmiseris. Vale! — Aug. Mihályi. Metrum carminis tui nunc editi non intellexi. Si mihi morem gerere vis, cole potius «Musam pedestrem!» — J. Jámbor. Fabula romanensis Luciani, quam latine reddere vis, vere iucunda est, sed sunt quaedam partes omissiendas. Translationem tuam exspecto. — Magd. Jóború. Iocum de epistulis Victoriae reginae iam mense Novembri (pag. 39.) edidi. Accuratus lege ephemeredem nostram! — J. Gulyás dr. Gratuláns tibi de diligentia discipulorum. Si omnes magistri discipulique exemplum vestrum sequerentur, lingua latina iam pridem vere internationalis esset. — Ceteris proxime aut privatis litteris respondebo.

Numerus 10. Calendis Junii prohibit.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)